



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

7 Decretum Papae irritans ipso jure, omnia gesta in contrarium annullat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

conferendo ut alicui incertæ personæ conferretur, *cap. in cui. eod. tit. in 6.* aut scriberetur pro incertis personis de incertis beneficiis providendo, tribuendo facultatem admittendi resignationes, & beneficia per resignationem huiusmodi vacantia, ut beneficia sex clericorum cedentium, vel decedentium personis idoneis conferendi, *cap. dudum. & cap. quamvis, il. 2. de prob. in 6.* & aliis diversis modis, ut in *cap. Abbatem.* & ibi glo. in ver. *faceret. de rescript. cap. si pro te eod. tit. in 6. cap. si super gratia. c. is cui. de off. deleg. cap. si Apostolica. de prob. cap. capitulo. de concess. praben. ubi que in 6. & Rot. decis. 11. & 13. de prob. in nov. & nullum tribuebant jus ante illorum executionem, quia mandatum de providendo non habet vim provisionis. *Parif. cons. 57. numer. 53. & cons. 79. numer. 13. & 14. vol. 4. & Pat. decis. 256. in fin. lib. 1. & non ligat manus habentis facultatem conferendi, quominus provisio per eum postea facta valeat. Ro. cons. 256. Rot. decis. 7. de prob. in nov. decis. 25. de concess. praben. in antiqu. & Staphil. de mand. de provid. §. prima igitur forma num. 2.**

Provisiones autem, si in forma, dignum, sunt gratiæ perfectæ quarum vigore, constituto de idoneitate, nisi ante datam litterarum reperiat alicui jus quæsitum, quod expresse reservatur, ultra quod si semper intelligitur reservatum *cap. quamvis in fin. cap. si propter. de rescript. in 6. Felyn. in c. 1. capitulum. n. 16. vers. adducitur ratio, de rescript. & Gomef. de non coll. jur. quas. num. 1. quas. 2. tribuunt jus, ita quod de potestate ordinaria alteri conferri non potest, & purificata gratia per examen, perinde est, ac si tempore datæ fuisset facta collatio, ut in clausula circa finem litterarum apponi*

solita: Nos enim si dictus. N. ad hoc repertus fuerit idoneus, ut præfertur, ex nunc irritum decernimus, & inane, si secus super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, ac si die datæ præsentium eidem ad id reperto idoneo de dicta ecclesia cum interpositione decreti huiusmodi mandavissimus provideri, & quia decretum irritans omnia in contrarium gesta annulat ipso jure. *cap. si eo tempore. de elect. in 6. cap. quodam. de prob. eod. lib. Gomef. de trien. poss. quas. 49. numer. 3. & Cassad. decis. 3. de decret. in reser. numer. 1. quæ procedunt de plano, quando si nullus reperitur contradictor, si verò aliquis se gerat pro possessore quomodocunque titulato, tunc est vocandus, cum nemo à sua possessione sit repellendus, nisi citatus, c. placuit. 16. q. 6. nec, lite pendente, potest quis sua possessione privari, c. 1. in fin. & ibi Abb. n. 1. & 8. ut lit. pen.*

Non enim prohibetur quis si suam possessionem continuare. *cap. cum teneamur, de appell. gloss. in Clem. 2. in verb. innovari. ut lit. pend. Dec. in cap. significante. num. 5. de appell. & Rot. decis. 10. de appell. in antiqua.* potest enim possessor contra actorem opponere de subreptione, quæ ipso facto vitiat gratiam *cap. 2. de fil. presb. in 6. & Abb. in cap. cum nostris numer. 11. de concess. prab.*

¶ Nam pluribus de causis gratia Apostolica ad beneficia redditur nulla, si quis tacet exprimenda, quia impetrans si tenetur facere mentionem de alio beneficio, quod obtinet, quantumcumque minimo. *cap. cum adeo. & ibi glo. in ver. prabenda. cap. postulasti. cap. si proponente de rescript. c. non potest in prin. & cap. si motu proprio. de prob. in 6. Felyn. in cap. ad aures. num. 5. de rescript. & Gomef. super reg. de valo. expr. in impetr.*